



Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris. (Matt. xi. 29.)

FERIA VI. POST OCTAVAM COR-
PORIS CHRISTI. IN FESTO

S.S. Cordis Jesu.

Introitus.

Jer. in Thren. 3.



Miserébi-
tur se-
cúndum
multítu-
dínem
miserati-
ónum

suárum: non enim humiliávit ex corde suo, et abjéct filios hóminum: bonus est Dóminus sperántibus in eum, ánimæ quærénti illum, allelúia, allelúia. *Ps. 88.* Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo: in generatiónem et generatió-
nem. *V. Glória Patri.*

Oratio. Concéde, quæsumus omnipotens Deus: ut qui in sanctíssimo dilecti Filii tui Corde gloriántes, præcipua in nos caritátis ejus beneficia recólimus; eórum páriter et actu delectémur, et fructu. Per eúdem. *Léct. Isaiæ Proph. 12.*

Confitebor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi: convérsus

est furor tuus, et consolátus es me. Ecce Deus salvátor meus, fiducia-liter agam, et non timebo: quia fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salútem. Hauriétis aquas in gáudio de fontibus Salvatóris: et dicétis in die illa: Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus: mentóte quóniam excélsus est nomen ejus. Cantáte Dómino, quóniam magnifice fecit: annuntiáte hoc in univérsa terra. Exsúta, et lauda habitátió Sion: quia magnus in médio tui Sanctus Israel.

Graduale. *Jer. Thren. 1.* O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et vidéte, si est dolor sicut dolor meus. *V. Joann. 13.* Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Allelúia, allelúia. *V. Matth. 11.* Discite a me, quia mitis sum, et

hūmilis corde : et invenietis requiem animabus vestris. Allelūia.

In Missis votivis post Septuagesimam.

Graduale. Ps. 68. Improprium expectavit cor meum, et miseriam : et sustinui qui simul contristarētur, et non fuit : et qui consolaretur, et non invenī.

Tractus. Ps. 27. Ego autem sum vermis, et non homo : opprobrium hominum, et abjectio plebis. **V.** Omnes videntes me, deriserunt me : locuti sunt labiis, et moverunt caput. **V.** Sicut aqua effusus sum, et dispersa sunt omnia ossa mea : factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

Tempore Paschali :

Allelūia, allelūia. **V.** *Ps. 29.* Dñe Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me : eduxisti ab inferno animam meam. Allelūia. **V.** Convertisti planctum meum in gaudium mihi : conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia. Allelūia.

Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. 19. f. **I**n illo tempore : Judæi, quoniam Parrascève erat, ut non re-

manerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo milites, et primi quidem fręerunt crura, et aliterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderent eum jam mortuum, non fręerunt ejus crura; sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit : et verum est testimonium ejus. **CREDO.**

Offertorium. Ps. 102. Benedic anima mea Dómino, et non oblivisci omnes retributiones ejus, qui replet in bonis desideria tua, allelūia. **Sēcreta.** Tuere nos, Dómine, tua tibi holocausta offerentes : ad quæ, ut ferventius corda nostra præparentur, flammis adure tuæ divinæ caritatis : Qui vivis et regnas.

PRÆF. de Cruce, p. 247.

Communio. Ps. 68. Improprium expectavit cor meum, et miseriam : et sustinui qui simul contristarētur, et non fuit : et qui consolaretur, et non invenī, allelūia.

Postcommunio. Pacifici pasti deliciis, et salutariis sacramentis, te supplices exoramus, Dómine Deus noster : ut qui mitis es, et hūmi-

lis corde, nos a vitiorum labe purgatos, propensius facias a superbis sæculi vanitatibus abhorre : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Festa Junii.

DIE II. JUNII. S. MARCELLINI, PETRI

ATQUE ERASMI MARTYRUM.

INTROITUS. *Clamaverunt justi, p. 406.*

Oratio. Deus, qui nos annua beatorum Martyrum tuorum Marcellini, Petri atque Erasmi sollemnitate lætificas : præsta quæsumus; ut, quorum gaudemus méritis, accendámur exemplis. Per Dóminum.

EPISTOLA. *Non sunt condigna, de Comm. plurim. Mart. p. 181.*

GRADUALE. *Clamaverunt, p. 177; et loco V. ultimi Te Martyrum, dicitur sequens*

V. Joann. 15. Ego vos elegi de mundo : ut eatis, et fructum afferat-

is, et fructus vester maneat. Allelūia.

EVANGELIUM. *Cum audieritis, de Comm. plurim. Mart. p. 114.*

Offertorium. Ps. 31. Lætámini in Dño, et exultate justi : et gloriámini omnes recti corde.

Sēcreta. *Hæc hóstia, p. 420.*

Communio. Sap. 3. Justorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiæ : visi sunt oculis insipientium mori : illi autem sunt in pace.

POSTCOMM. *Sacro minere, p. 420.*

DIE IV. JUNII.

S. FRANCISCI CARACCIOLI CONFESSORIS.

Introitus. Ps. 21 et 68.

Actum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei : quoniam zelus domus tuæ comedit me.



Ps. 72. Quam bonus Israel Deus : his, qui recto sunt corde! **V.** Glória Patri.

Oratio. Deus, qui beatum Franciscum, novi Ordinis institutorem,

orandi studio et potentia amore decorasti : da famulis tuis in ejus imitatione ita proficere ; ut semper orantes, et corpus in servitute redigentes, ad caelestem gloriam pervenire mereantur. Per Dominum. *Lect. libri Sapientiae. 4.*

Justus, si morte praecipuus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diturna, neque annorum numero computata : cani autem sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiae transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explevit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius : propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

Graduale. Ps. 41. Quem admodum desiderat cervus ad fontes aquarum : ita desiderat anima mea ad te, Deus. *V. Ps. ibid.* Sivit anima mea ad

Deum fortem, vivum. Alleluia, alleluia. *V. Ps. 72.* Defecit caro mea, et cor meum : Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum. Alleluia.

Temp. Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :

Alleluia, alleluia. *V. Ps. 64.* Beatus quem elegisti, et assumpsisti : inhabitabit in atriis tuis. Alleluia. *V. Ps. 14.* Dispersioni, dedit pauperibus : justitia ejus manet in saeculum saeculi. Alleluia.

EVANGELIUM. *Sint tibi vestri, p. [29].*

Offertorium. Ps. 91. Justus ut palma florebit : sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Secreta. Da nobis, clementissime Jesu : ut praeclara beati Francisci merita recolentes, eodem nos, ac ille, caritatis igne succensi, digne in circuitu sacrae hujus mensae tuae esse valeamus : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Communio. Ps. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti timentibus te!

Postcommunio. Sacrosancti sacrificii, quaesumus Domine, quod hodie in solemnitate beati

Francisci tuae obtulimus majestati, grata semper in mentibus no-

stris memoria perseveret, et fructus. Per Dominum.

DIE V. JUNII.

S. Bonifacii EPISCOPI ET MARTYRIS.

Introitus. Isaia 65.  Xsultabo in Jerusalem, et gaudebo in populo meo : et non audietur in eo ultra vox fletus et vox clamoris. Electi mei non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione : quia semen benedictorum Domini est, et nepotes eorum cum eis.

Ps. 43. Deus, auribus nostris audivimus : patres nostri narraverunt opus quod operatus es in diebus eorum. *V. Gloria Patri, et Filio.*

Oratio. Deus, qui multitudinem populorum beati Bonifacii Martyris tui atque Pontificis zelo, ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es : concede propitius ; ut cujus sollemnium colimus, etiam patrocinia sentiamus. Per Dñm. *Lectio libri Ecclesiastici.*

44. **L**audemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a saeculo. Domi-

nantes in potestatibus suis, homines magni virtute, et prudentia sua praediti, nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum, et imperantes in praesenti populo, et virtute prudentiae populus sanctissima verba. In peritia sua requirentes modos musicos, et narrantes carmina scripturarum. Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes : pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt, et in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum : et sunt, quorum non est memoria : perierunt quasi qui non fuerint : et nati sunt, quasi non nati, et filii ipsorum cum ipsis. Sed illi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt : cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum : et filii eorum pro-

452 Die 6 Jun.—S. Norberti Ep. Conf.

pter illos usque in ætérnum manent : semen eórum et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in pace sepúlta sunt et nomen eórum vivit in generationem et generatióem. Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, et laudem eórum núnctiet ecclésia.

Graduale. *1 Petr. 4.* Communicantes Christi passióibus gaudete, ut in revelatióne glóriæ ejus gaudéatis exultantes. *¶* Si exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis : quóniam quod est honoris, glóriæ, et virtútis Dei, et qui est ejus Spíritus, super vos requiescet. Allelúia, allelúia. *¶* *Isaia 66.* Declinábó super eum quasi flúvium pacis, et quasi torréntem inundántem glóriam. Allelúia.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :

Allelúia, allelúia. *¶* *Isaia 66.* Lætámini cum Jérusalem, et exsultáte in ea omnes, qui diligitis Dñum. Allelúia. *¶* Vidébitis, et gaudébit cor vestrum : cognoscétur

manus Dómini servis ejus. Allelúia.

EVANGELIUM. *Vitens Jæsus turbas, ut infra, die 1 Nov. in Festo Omnium Sanctorum.*

Offertorium. *Ps. 15.* Benedicam Dóminum, qui tribuit mihi intellectúm : providébam Deum in conspéctu meo semper, quóniam a dextris est mihi ne commóvear.

Secreta. Super has hóstias, Dómine quæsumus, benedictió copiósa descéndat : quæ et sanctificatióem nostram miserícorditer operétur, et de sancti Bonifácii Mártyris tui atque Pontificis faciát solemnitáte gaudere. Per Dóminum. **Communio.** *Apocal. 3.* Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo : sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus.

Postcommunio. Sanctificáti, Dómine, salutári mystério : quæsumus ; ut nobis sancti Bonifácii, Mártyris tui atque Pontificis, pia non desit orátió, cujus non donásti patrocínio gubernári. Per Dóminum.

DIE VI. JUNII.

S. Norberti EPISCOPI ET CONFESSORIS.

MISSA. *Sicut, de Comuni Confess. Pontif. p. [21],*

præter Orationem sequentem :

Die 10 Jun.—S. Margaritæ reg. Scot. 453

Oratio. Deus, qui beátum Norbértum, Confessórem tuum atque Pontificem, verbi tui præcónem eximium effecísti, et per eum Ecclésiám tuam nova prole

secundásti : præsta quæsumus ; ut, ejúsdem suffragántibus méritis, quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvante exercere valeámus. Per Dóminum nostrum.

DIE IX. JUNII.

SS. Primi et Feliciani MARTYRUM.

INTROITUS. *Sapientiam, de Comm. p. [15].*

Oratio. Fac nos, quæsumus Dómine, sanctorum Mártyrum tuórum Primi et Feliciani semper festa sectári : quorum suffrágiis, protectiÓNis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum nostrum.

EPISTOLA. *Justi autem, p. [15].*

Graduale. *Ps. 88.* Confiébuntur cæli mirabilia tua, Dómine, etenim veritatem tuam in ecclésia sanctorum. *¶* Miserícordias tuas Dómine in ætérnum cantábo, in generatióne, et progénie.

Allelúia, allelúia. ¶ *Hæc est, p. 439.*

EVANGELIUM. *Confiteor tibi, p. [20].*

OFFERTORIUM. *Mirabilis Deus, p. [14].*

Secreta. Fiat tibi, quæsumus Dómine, hóstia sacránda placábilis, pretiÓsi celebritáte martyrii : quæ et peccáta nostra purificet, et tuórum tibi vota conciliet famulórum. Per Dñum. **Communio.** *Joann. 13.* Ego vos elégi de mundo, ut éatis, et fructum afferátis : et fructus vester máneat.

Postcommunio. Quæsumus, omnipotens Deus : ut sanctorum Mártyrum tuórum Primi et Feliciani celestibus mystériis celebráta solémnitás, indulgéntiam nobis tuæ propitiatiÓNis acquirat. Per Dóminum.

DIE X. JUNII.

S. Margaritæ REGINÆ SCOTLÆ.

MISSA. *Cognóci, de Comuni nec Virginis nec Mart. p. [42], præter Orat. seq.*

Oratio. Deus, qui beátam Margaritam regi-

nam, eximia in páuperes caritate mirábillem effecísti : da, ut ejus intercessióne et exémpto, tua

in cõrdibus nostris caritas jũgiter augeatur. Per Dõminum nostrum Jesum Christum.

DIE XI. JUNII. S. Barnabae APOSTOLI.

INTROITUS. *Mim autem*, p. 375.

Oratio. Deus, qui nos beati Barnabae Apõstoli tui mèritis et intercessiõne lætificas : concède propitiũs ; ut qui tua per eum beneficia põscimus, dono tuæ grãtiæ consequamur. Per Dõminum. Lẽctio Actuum Apostolorum, 11, c. et 13.

In diẽbus illis : Multus nũmerus credentium Antiochiæ conversus est ad Dõminum. Perveniit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ erat Jerosõlymis super istis : et miserunt Barnabam usque ad Antiochiam. Qui cum pervenisset, et vidisset gratiam Dei, gavisus est : et hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Dõmino : quia erat vir bonus, et plenus Spiritu sancto, et fide. Et appõsita est multa turba Dõmino. Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut quæret Saulum : quem cum invenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totum conversati sunt ibi in Ecclesiã : et docuerunt turbam multam, ita

ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiãni. Erant autem in Ecclesiã, quæ erat Antiochiæ, prophætæ et doctõres, in quibus Barnabas, et Simon, qui vocabatur Niger, et Lúcius Cyrenensis, et Mánahen, qui erat Herõdis Tetrarchæ collactaneus, et Saulus. Ministrantibus autem illis Dño, et jejunantibus, dixit illis Spiritus sanctus : Segregate mihi Saulum, et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes, et orantes, imponentesque eis manus dimiserunt illos.

GRADUALE. *In omnem terram*, p. 424.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum, 10, b.

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Ecce ego mitto vos sicut oves in medio lupõrum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut colũbæ. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, et in synagõgis suis flagellabunt vos : et ad præsidem, et ad reges ducemini propter me in testi-

mõnium illis, et gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini : dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium : et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient : et eritis odio omnibus propter nomen meum : qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Credo.

OFFERTORIUM. *Constituit eos*, p. 404.

Secreta. Múnera, Dõ-

mine, oblata sanctifica : et intercedente beato Barnaba Apõstolo tuo, nos per hæc a peccatorum nostrõrum maculis emunda. Per Dõminum.

P.R.F. de Apost. p. 239. COMMUNIO. *Vos qui secisti*, p. 404.

Postcommunio. Súplices te rogãmus, omnipotens Deus : ut, quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Barnaba Apõstolo tuo, tibi etiã placitis mõribus dignanter tribuas deservire. Per Dõminum.

¶ Si hoc Festum celebretur temp. Pasch., Missa dicitur ut in Festo S. Marci, p. 422, præter Orationes, Epistolam et Evangelium.

DIE XII. JUNII.

S. Joannis a S. Facundo CONFESS.

MISSA. *Os justis*, de Comuni Conf. non Pont. p. [28], præter Orationem seq.

Oratio. Deus auctor pacis, et amator caritatis, qui beatu Joãnnem Confessorem tuum mirifica dissidentes componendi gratia decorasti : ejus

mèritis et intercessiõne concède ; ut in tua caritate firmati, nullis a tentationibus separemur. Per Dõminum.

Et fit Comm. SS. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii Martyrum, cum Orationibus ex seq. Missa.

EADDEM DIE. SS. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii MARTYRUM.

INTROITUS. *Intret in conspectum*, p. [13].

Oratio. Sanctõrum Martyrum tuõrum Basilidis, Cyrini, Naboris

atque Nazarii, quæsumus Dõmine, natalitia nobis votiva resplendant : et quod illis contulit excellentia sem-

piterna, fructibus nostrae devotionis accrescat. Per Dominum.

EPISTOLA. *Rememorandini*, de Comm. plurim. Mart. p. [16].

Graduale. Ps. 78. Vindicta, Domine, sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. V. Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus caeli: carnes sanctorum tuorum bestis terrae. Alleluia, alleluia. V. Eccli. 44. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: et nomina eorum vivent in generationem et generationem. Alle.

EVANGELIUM. *Sedente Jesu*, p. [17].

Offertorium. Ps. 149. Exsultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum.

DIE XIII. JUNII.

S. Antonii de Padua CONFESSORIS.

MISSA. *Os justi*, de Communi, p. [28], praeter seqq.

Oratio. Ecclesiam tuam, Deus, beati Antonii Confessoris tui sollemnitas votiva laetificet: ut spiritalibus semper muniatur auxiliis, et gaudiis perfrui mereatur aeternis. Per Dominum.

EPISTOLA. *Spectaculum facti*, de Comm. p. [30].

Secreta. Pro sanctorum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris atque Nazarii sanguine venerandis, hostias tibi, Domine, sollemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quem talis est perfecta victoria. Per Dominum.

Communio. Ps. 78. Posuerunt mortalia servorum tuorum, Domine, escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestis terrae: secundum magnitudinem brachii tui posside filios morte punitorum.

Postcommunio. Semper, Domine, sanctorum Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris atque Nazarii sollemnitas celebrantes: praesta, quaesumus; ut eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per Dominum.

Post Graduale, loco ultimi V. *Beatus vir*, dicitur sequens.

V. Eccli. 45. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum. Alleluia. Secreta. Praesens oblatio fiat, Domine, populo tuo salutaris: pro quo dignatus es Patri tuo te viventem hostiam im-

molare: Qui cum eodem Deo Patre, et Spiritu sancto vivis et regnas Deus, per omnia saecula. Postcommunio. Divinis, Domine, muneribus

satiati: quaesumus; ut beati Antonii Confessoris tui meritis et intercessionibus, salutaris sacrificii sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

DIE XIV. JUNII. S. Basilii EPISCOPI, CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS.

MISSA. *In medio*, de Comm. Doctorum, p. [26], praeter seqq.

ORATIONES ex Missa *Sacerdotes tui*, de Communi Confessoris Pontif. il. loco, p. [23].

Post Graduale *Os justi*, p. [27], loco ult. V. *Amavit*, dicitur sequens.

V. Ps. 85. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Alleluia.

EVANGELIUM. *Si quis venit*, de Comm. unius Mart. Pont. p. [3], cui add. seqq.

... Bonum est sal. Si autem sal evanerit, in quo conditur? Neque in terram, neque in sterquilinum utile est: sed foras mittitur. Qui habet aures audiendi, audiat. CREDO.

OFFERTORIUM. *Veritas mea*, p. [29].

DIE XV. JUNII. SS. MARTYRUM Titi, Modesti atque Crescentiae.

INTROITUS. *Multa tribulationes*, ut infra, p. 466.

Oratio. Da Ecclesiae tuae, quaesumus Domine, sanctis Martyribus tuis Vito, Modesto atque Crescentia intercedentibus, superbe non sapere, sed tibi placita humilitate proficere; ut prava despiciens, quantumque recta sunt, libera exerceat caritate. Per Dominum nostrum.

EPISTOLA. *Fustorum animae*, de Comm. p. [13].

Graduale. Ps. 149. Exsultabunt sancti in glo-

ria: laetabuntur in cubilibus suis. V. Cantate Domino canticum novum: laus ejus in ecclesia sanctorum. Alleluia, alleluia. V. Ps. 144. Sancti tui, Domine, benedicient te: gloriam regni tui dicent. Alleluia.

EVANGELIUM. *Qui vos audit*, de Comm. p. [25].

OFFERTORIUM. *Mirabilis Deus*, ut infra, p. 479.

Secreta. Sicut gloriam divinae potentiae munera pro Sanctis oblata testantur: sic nobis effectum, Domine, tuae

458 Die 19 Jun.—S. Julianae de Falc. U.

salvatiōnis impēdant. Per Dōminum.

COMMUNIO. *Fustōrium animæ*, ut die 2 Jun. p. 449. **Postcommunio.** Repleti, Dōmine, benedictiōne solēnni : quæsumus;

ut per intercessiōnem sanctōrum Mārtyrum tuōrum Viti, Modēsti et Crescentiæ, medicina sacramēti et corpōribus nostris prosit, et mēntibus. Per Dōminum.

DIE XVIII. JUNII.

SS. Marci et Marcelliani MARTYRUM.

INTROITUS. *Salus autem*, p. [16].

Oratio. Præsta, quæsumus omnipotens Deus : ut qui sanctōrum Mārtyrum tuōrum Marci et Marcelliani natalitia cōlimus; a cunctis malis imminētibus eōrum intercessiōibus liberemur. Per Dōminum nostrum.

EPISTOLA. *Fustificati ex fide*, de Comm. p. [18].

GRADUALE. *Fustōrium animæ*, p. 383; et loco ult. *V. Mirabilis*, dicitur seq.

V. Hæc est vera fraternitas, quæ nunquam potuit violari certamine : qui effuso sanguine, secuti sunt Dōminum. Allelūia.

EVANGELIUM. *Vae vobis, qui edificatis*, de Comm. p. [20].

OFFERTORIUM. *Anima nostra*, p. 383.

Secreta. Mūnera tibi, Dōmine, dicata sanctifica : et, intercedētibus sanctis Mārtyribus tuis Marco et Marcelliano, per eādem nos placatus intēde. Per Dōminum.

COMMUNIO. *Amen dico vobis*, ut die 12 Maii, p. 439.

Postcommunio. Salutāris tui, Dōmine, mūnera satiati, supplices exorāmus : ut, cujus dēntibus sanctis Mārtyribus tuis Marco et Marcelliano, renovēmur effectū. Per Dōminum.

DIE XIX. JUNII.

S. Julianae de Falconeris VIRGINIS.

MISSA. *Dilexisti*, de Communi Virg. p. [36], præter Oratiōnem sequentem.

Oratio. Deus, qui beatam Juliānam Virginem tuam, extrēmo morbo la-

borāntem, pretiōso Filii tui corpore mirabiliter recreare dignatus es : concēde, quæsumus; ut ejus intercedētibus mēritis, nos quoque eōdem

Die 20 Jun.—S. Silberii P. P. 459

in mortis agōne refecti ac roborati, ad caelestem patriam perducāmur. Per eūdem Dōminum.

Deinde fit Commem. de SS. Mārtyribus Gervasio et Protasio, cum Oratiōibus, ut in seq. Missa propria.

EADEM DIE.

SS. Gervasii et Protasii MARTYRUM.

Introitus.



Ps. 84. Oquētur Dōminus pacem in plebem suam : et super sanctos suos, et in eos, qui convertūntur ad ipsum. *Ps. 118.* Benedixisti, Dōmine, terram tuam : avertisti captivitatem Jacob. *V.* Glōria Patri, et Filio.

Orationes ex Missa *Salus*, de Comm. p. [16].

EPISTOLA. *Communicantes*, de Communi unius Mart. p. [9].

GRAD. *Gloriosus Deus*, p. [14], et loco ult. *V. Corpora*, dic. *V. Hæc est*, p. 439.

EVANGELIUM. *Descendens Jesus de monte*, ex Missa *Sapientiam*, de Communi, p. [15].

OFFERT. *Letāmini*, p. 449.

COMMUNIO. *Posuerunt mortalia*, p. 456.

DIE XX. JUNII.

S. Silberii PAPÆ ET MARTYRI.

MISSA. *Stātuit*, de Communi unius Mart. Pont. p. [2], præter Epist. sequentem.

Lectio Epistolæ beati Judæ Apōstoli. d.

Carissimi : Mēores estōte verbōrum, quæ prædicta sunt ab Apōstolis Dōmini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, quōniam in novissimo tēpore venient illusōres, secūndum desidēria sua am-

bulāntes in impietāibus. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animāles, Spiritum non habēntes. Vos autem carissimi, superædificāntes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orāntes, vosmetipsos in dilectiōne Dei servāte; expectāntes misericōrdiam Dōmini nostri Jesu Christi in vitam ætērnā.



DIE XXI. JUNII.

S. Aloisii Gonzagæ CONFESSORIS.

Introitus.

Invisitavit eum paulo minus ab Angelis : gloria et honore coronasti eum. *Ps. 148.* Laudate Dñm omnes Angeli ejus : laudate eum omnes virtutes ejus. *V. Gloria Patri.*

Oratio. Cælestium donorum distributor Deus, qui in angelico juvене Aloisio miram vitæ innocentiam pari cum penitentia sociasti : ejus meritis, et precibus concede, ut innocentem non secuti, penitentem imitentur. Per Dñm inu. *Lectio libri Sapientie. Eccli. 31. 6.*

Beatus vir, qui inventus est sine macula : et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna : qui potuit transgredi, et non est transgressus : facere mala, et non fecit : ideo stabilita sunt bona illius in Dño.

Graduale. *Ps. 70.* Domine, spes mea a juventute mea : in te confirmá-

tus sum ex útero : de ventre matris meæ tu es protector meus. *V. Ps. 40.* Me autem propter innocentiam suscepisti : et confirmasti me in conspectu tuo in ætérnum. Alleluia, alleluia. *V. Ps. 64.* Beatus quem elegisti, et assumpsisti : inhabitabit in atris tuis. Alleluia.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 22. c.

In illo tempore : Respondens Jesus, ait Sadducæis : Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur : sed erunt sicut Angeli Dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dicitur est a Deo dicente vobis : Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina ejus. Pharisæi autem audientes, quod silentium imposuisset Sadducæis, convenérunt in unum : et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum : Magister, quod est mandatum ma-

gnum in lege? Ait illi Jesus : Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum, et primum mandatum. Secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet, et prophætæ. **Offertorium.** *Ps. 23.* Quis ascendet in montem Dñi, aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manibus, et mundo corde. **Serreta.** Cælesti convi-

vio fac nos, Domine, nuptialii veste indutos accumbere : quam beati Aloisii pia præparatio, et juges lacrymæ inestimabilibus ornatibus margaritis, Per Dñm inu. **Communio.** *Ps. 77.* Panem cæli dedit eis : panem Angelorum manducavit homo.

Postcommunio. Angelorum esca nutritos, angelicis etiam, Domine, da moribus vivere : et ejus, quem hodie colimus, exemplo, in gratiarum semper actione manere. Per Dñm inu.

DIE XXII. JUNII.

S. Paulini EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Introitus. *Sacerdotes tui, de Comm. p. [23].*ORATIONES ex Missa *Statuit, i. loco, p. [21].*

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios. II. Cor. 8. b.

Fratres : Scitis gratiam Dñi nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. Et consilium in hoc do : hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed et velle cepistis ab anno priore : nunc vero et facti perficite : ut quem admodum promptus est

ánimus voluntatis, ita sit et perficendi ex eo, quod habetis. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate. In præsentí tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat : ut et illorum abundantia vestra inopia sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est : Qui multum, non abundavit : et qui modicum, non minoravit.

GRADUALE. *Ecce Sacr-
dos*, p. [22].
EVANGELIUM. *Nolite
timere*, p. [31].

OFFERTORIUM. *Inveni
David*, p. [23].
COMMUNIO. *Fidelis ser-
vus*, ibid.

DIE XXIII. JUNII.

IN VIGILIA S. Joannis Baptistae.

Introitus. *Luc. 1.*

E timeas, Za-
charia, exau-
dita est oratio
tua : et Elisa-
beth uxor tua pariet tibi
filium, et vocabis no-
men ejus Joannem : et
erit magnus coram Dó-
mino ; et Spiritu sancto
replebitur adhuc ex úte-
ro matris suæ : et mul-
ti in nativitate ejus gau-
debunt. *Ps. 20.* Dómine
in virtute tua lætabitur
rex : et super salutäre
tuum exultabit vehe-
ménter. *V. Glória Patri.*
Oratio. Præsta, quæsu-
mus omnipotens Deus,
ut familia tua per viam
salutis incedat : et beati
Joannis Præcursoris
hortamenta sectando,
ad eum quem prædixit,
secúra perveniat, Dómi-
num nostrum Jesum
Christum Filium tuum :
Qui tecum vivit.

Secunda Oratio de S. Ma-
ria *Concede*, p. [57] ; tertia
Eclésiä, vel pro Papa,
p. [58].

Lect. *Jeremias Proph. 1.*

In diebus illis : Fa-
ctum est verbum
Dómini ad me, dicens :

Prisquam te formarem
in útero, novi te : et an-
tequam exires de vulva,
sanctificavi te, et pro-
phétam in géntibus dedi
te. Et dixi : A a a, Dó-
mine Deus : ecce nescio
loqui, quia puer ego
sum. Et dixit Dóminus
ad me : Noli dicere :
Puer sum : quóniam ad
omnia, quæ mittam te,
ibis : et universa, quæ-
cumque mandavero tibi,
loqueris. Ne timeas a
facie eorum : quia tecum
ego sum, ut éruam te,
dicit Dóminus. Et misit
Dóminus manum suam,
et tetigit os meum : et
dixit Dóminus ad me :
Ecce dedi verba mea in
ore tuo : ecce constitui
te hódie super gentes,
et super regna, ut evél-
las, et destruas, et dis-
perdas, et dissipes, et
ædifices, et plantes : di-
cit Dñs omnipotens.

Graduale. *Joann. 1.* Fuit
homo missus a Deo, cui
nomen erat Joannes. *V.*
Hic venit ut testimo-
nium perhiberet de lú-
mine, parare Dómino
plebem perfectam.

Initium sancti Eban-
gii secundum Lucam. 1.

Fuit in diebus Heró-
dis, regis Judææ,
sacerdos quidam nómine
Zacharias de vice Abiá,
et uxor illius de filiá-
bus Aaron, et nomen
ejus Elisabeth. Erant
autem justi ambo ante
Deum, incedentes in
ómnibus mandátis, et
justificatióibus Dómini
sine querela, et non erat
illis filius, eo quod esset
Elisabeth stérilis, et am-
bo processissent in dié-
bus suis. Factum est au-
tem, cum sacerdotio
fungeretur in ordine
vicis suæ ante Deum,
secundum consuetudi-
nem sacerdotii, sorte
exiit, ut incensum póne-
ret, ingressus in tem-
plum Dómini : et omnis
multitúdo pópuli erat
orans foris hora incénsi.
Apparuit autem illi An-
gelus Dómini, stans a
dextris altáris incénsi.
Et Zacharias turbátus
est videns, et timor ir-
ruit super eum. Ait au-
tem ad illum Angelus :
Ne timeas, Zacharia,
quóniam exaudita est
deprecátió tua : et uxor
tua Elisabeth pariet tibi
filium, et vocabis nomen
ejus Joannem : et erit
gáudium tibi, et exsul-
tátió, et multi in nativi-
tate ejus gaudebunt :

erit enim magnus coram
Dómino : et vinum, et
siceram non bibet, et
Spiritu sancto replebitur
adhuc ex útero matris
suæ : et multos filiorum
Israel convertet ad Dó-
minum Deum ipsórum :
et ipse præcedet ante
illum in spiritu, et vir-
tute Eliæ : ut convertat
corda patrum in filios,
et incredulos ad prudén-
tiam justórum, parare
Dño plebem perfectam.
Offeritorium. *Ps. 8.* Gló-
ria et honóre coronásti
eum, et constituísti eum
super ópera mánuum
tuarum, Dómine.

Secreta. Múnera, Dó-
mine, oblata sanctifica :
et, intercedente beato
Joanne Baptista, nos
per hæc a peccatorum
nostrórum maculis
emúnda. Per Dóminum
nostrum.

Communitio. Psalm. 20.
Magna est glória ejus in
salutári tuo : glóriam et
magnum decórem im-
pones super eum, Dó-
mine.

Postcommunio. Beati
Joannis Baptistæ nos,
Dómine, præclára comi-
tentur oratio : et quem
venturum esse prædixit,
Jesum Christum Filium
tuum : Qui tecum vivit
et regnat.

DIE XXIV. JUNII.—IN FESTO

Nativitatis S. Joannis Baptistae.

Introitus.



Is. 49.
E ventre matris meae vocavit me Dominus nomine meo: et posuit os meum ut gladium acutum: sub tegumento manus suae protexit me, et posuit me quasi sagittam electam. *Ps. 97.* Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo Altissime. *V.* Gloria Patri.

Oratio. Deus, qui praesentem diem honorabilem nobis in beati Joannis nativitate fecisti: da populum tuis spiritualium gratiam gaudiorum; et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis aeternae. Per Dominum. *Lectio Isaiae Proph. 49.*

Audite insulae, et attendite populi de longe: Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in umbra manus suae protexit me, et posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: Servus meus es tu, Israel, quia in te glorior. Et nunc dicit Dominus formans me ex

utero servum sibi: Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae. Reges videbunt, et consurgent principes, et adorabunt propter Dominum, et sanctum Israel, qui elegit te.

Graduale. *Jeremia 1.* Priusquam te formarem in utero, novi te: et antequam exires de ventre, sanctificavi te. *V.* Misit Dominus manum suam, et tetigit os meum, et dixit mihi. Alleluia, alleluia. *V. Luc. 1.* Tu, puer, propheta Altissimi vocaberis: praebis ante Dominum parare vias ejus. Alleluia.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 1. 7.

Elisabeth implerum et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater ejus, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam: Quia

nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuabant autem patri ejus, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Joannes est nomen ejus. Et mirati sunt universi. Apertum est autem illico os ejus, et lingua ejus, et loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: et super omnia montana Judaeae divulgabantur omnia verba haec: et posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit? Et enim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater ejus repletus est Spiritu sancto: et prophetavit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.

Non dicitur *Credo*, nisi in Ecclesia propria, vel nisi venerit in Dominicis, aut infra Oct. Corporis Christi: sed in die Octava dicitur, propter Oct. Apostolorum.

Offertorium. *Ps. 97.* Justus ut palma florebit:

sicut cedrus quae in Libano est, multiplicabitur.

Secreta. Tua, Domine, numeribus altaria cumulamus: illius nativitatem honore celebrantes, qui Salvatorem mundi et cecinit ad futurum, et adesse monstravit, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Communio. *Lucae 1.* Tu puer, propheta Altissimi vocaberis: praebis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Postcommunio. Sumat Ecclesia tua, Deus, beati Joannis Baptistae generatione laetiam: per quem suae regenerationis cognovit auctorem, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

¶ Infra Oct. S. Joannis, et in ipso die Octave fit idem Officium quod in die, sed infra Oct. post Orationem diei dicitur ii. Oratio de S. Maria *Concede nos.* p. [57]: iii. *Ecclesiae*, vel pro Papa, p. [53].

DIE XXV. JUNII. S. Guilielmi ABBATIS.

MISSA. *Os just.* de Communi Abbat. p. [32], praeter Orationem sequentem.

Oratio. Deus, qui infirmitati nostrae, ad te-

rendam salutis viam, in Sanctis tuis exemplum, et praesidium collocasti: da nobis ita beati Guilielmi Abbatis merita ve-

nerári; ut ejúsdem excipiámus suffrágia, et vestígia prosequámur. Per Dóminum.

Et fit Commem. Octavæ Nativ. S. Joannis Bapt. Oratio. *Deus, qui præsentem diem, ut supra, p. 464.*

DIE XXVI. JUNII.

SS. Joannis et Pauli MARTYRUM.

Introitus. Ps. 33.



Ultæ tribulatiónes justórum, et de his ómnibus liberávit eos Dóminus : Dóminus custódit ómnia ossa eórum : unum ex his non conterétur. *Ps. 33.* Benedicám Dóminum in omni tẽpore : semper laus ejus in ore meo. *V. Glória Patri.*

Oratio. Quæsumus, omnipotens Deus : ut nos gemináta lætítia hodiernæ festivitátis excipiat, quæ de beatórum Joannis et Pauli glorificatióne procedit; quos eadẽ fides et passio vere fecit esse germanos. Per Dóminum.

Et fit Commem. Octavæ S. Joannis, ut supra, p. 464. Lẽctio libri Sapiéntiæ.

Eccli. 44. b.

Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietates non defuerunt : cum semine eórum permanent bona, heréditas sancta nepotes eórum, et in testamẽtis stetit semen eórum: et filii eórum

propter illos usque in ætérnum manent : semen eórum et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in pace sepúlta sunt, et nomen eórum vivit in generatiónem et generatiónem. Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, et laudem eórum nuntiet ecclésia.

Graduale. Ps. 132. Ecce quam bonum et quam jucúndum, habitáre fratres in unum. *V.* Sicut unguéntum in cápíte, quod descendit in barbã, barbã Aaron. Allelúia, allelúia. *V.* Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina : Christum secúta est, inçlyta tenens regna cælestia. Allelúia.

EVANGELIUM. *Attendite a sermõto, p. 211.*

Offertor. Ps. 5. Gloria-búntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quóniam tu, Dómine, benedices justo : Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti nos.

Secreta. Hóstias tibi, Dómine, sanctórum

Mártýrum tuórum Joán-nis et Pauli dicátas mé-ritis, benignus assúme : et ad perpétuum nobis tribue provenire subsidi-um. Per Dóminum.

COMMUNIO. *Et si coram hominibus, p. 151.*

Postcommunio. Súm-psimus, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Joán-nis et Pauli solémnia celebrántes, sa-craménta cælestia : præ-sta, quæsumus ; ut quod temporáliter gérimus, ætérnis gáudiis conse-quámur. Per Dóminum.

¶ Si sequens Festum S. Leonis venerit in Domin. Missa dicitur de Dominica, cum Commem. S. Leonis et S. Joannis; et in Sabbato præcedenti dicitur Missa de Vigilia Apostolorum : ii. Oratio de sancto Joanne, iii. de B. Maria, *Concède nos, p. 157.*

Quocumque vero alio die venerit Festum S. Leonis, fit de eo, cum Commem. Octavæ S. Joannis et Vigiliae. In Ecclesiis autem Collegiatis dicuntur duæ Missæ, una de Festo, cum Commem. S. Joannis, et S. Mariæ : alia de Vigilia, cum Commem. B. Mariæ *Concède nos, p. 157, et Ecclesiæ, vel pro Papa, p. 158.*

DIE XXVIII. JUNII.

S. Leonis II. PAPÆ ET CONFESSORIS.

MISSA. *Sacerdotes tui, de Comm. Conf. Pont. p. 213, præter Orationes et Evangelium.*

Oratio. Deus, qui beátum Leónem Pontíficem Sanctórum tuórum mé-ritis coæquásti : concéde propítius ; ut, qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exem-pla. Per Dóminum.

Pro Comm. Oct. S. Joann. Oratio *Deus, qui præsentem diem, p. 464.*

Commemor. Vigiliæ ut infra, in Missa seq. *Homo Atrege, de Comm. p. 222.*

EVANGELIUM. *Homo Atrege, de Comm. p. 222.* **Secreta.** Annue nobis, quæsumus Dómine, ut intercessiõe beáti Leó-

nis hæc nobis prosit oblátio : quam immoládo, totius mundi tribuisti relaxári delicta. Per Dóminum.

Commemoratio Octavæ S. Joannis, p. 465, et Vigiliæ SS. Apostolorum, p. 469.

Postcommunio. Deus, qui ánimã sámulu tui Leónis ætérnæ beatitú-dinis præmia contulisti: concéde propítius; ut qui peccatórum nostrórum póndere prósimur, ejus apud te precibus sublevémur. Per Dñum.

Commemoratio Octavæ S. Joannis, p. 465, et Vigiliæ SS. Apost. p. 469. Et dicitur Evangelium ejusdem Vigiliae in fine.

EADEM DIE. IN VIGILIA SS. APOSTOLORUM
Petri et Pauli.Introitus. *Joann. 21.*

Icit Dominus Petro : Cum esses júnior, cingébas te, et ambulábas ubi volébas : cum autem senéris, exténdes manus tuas, et álius te cinget, et ducet quo tu non vis : hoc autem dixit, significans qua morte clarificáturus esset Deum. *Ps. 18.* Cæli enarrant glóriam Dei : et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntu. *V.* Glória Patri.

Non dicitur : *Glória in excelsis.*

Oratio. Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut nullis nos permittas perturbatióibus concuti, quos in apostólice confessiõis petra solidásti. (Per Dóminum.)

Secunda Oratio et tertia, ut in superiori rubrica notatur, p. 467.

Lectio Actuum Apost. 3.

In diebus illis : Petrus et Joánes ascendebant in templum ad horam oratiõis nominam. Et quidam vir, qui erat claudus ex útero matris suæ, bajulabátur: quem ponébant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciõsa, ut pèteret elemósynam ab

introeúntibus in templum. Is cum vidisset Petrum et Joánnem incipiéntes introire in templum, rogábat, ut elemósynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joáne, dixit: Réspice in nos. At ille intendébat in eos, sperans se áliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit : Argéntum et aurum non est mihi : quod autem hábeo, hoc tibi do : In nómine Jesu Christi Nazaréni surge, et ámbula. Et apprehénsa manu ejus dextera, allevávit eum, et prótinus consolidatæ sunt bases ejus, et plantæ. Et exsiliens stetit, et ambulábat: et intrávit cum illis in templum ámbulans, et exsiliens, et laudans Deum. Et vidit omnis pópulus eum ambulántem, et laudántem Deum. Cognoscébant autem illum, quod ipse erat, quia elemósynam sedébat ad Speciõsam portam templi: et impléti sunt stupóre et éctasi in eo, quod contigerat illi. *Graduale. Ps. 18.* In omnem terram exívit sonus eórum : et in fines orbis terræ verba eórum. *V.* Cæli enarrant gló-

riam Dei : et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Seq. sancti Evangelii secúndum Joánnem. 27. c.

In illo tempore : Dixit Jesus Simóni Petro : Simon Joánnis diligis me plus his? Dicit ei : Etiam, Dómine, tu scis quia amo te. Dicit ei : Pasce agnos meos. Dicit ei iterum : Simon Joánnis, diligis me? Ait illi : Etiam, Dómine, tu scis quia amo te. Dicit ei : Pasce agnos meos. Dicit ei tertio : Simon Joánnis, amas me? Contristátus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? et dixit ei : Dómine tu omnia nosti : tu scis quia amo te. Dicit ei : Pasce oves meas. Amen amen dico tibi : cum esses júnior, cingébas te, et ambulábas ubi volébas : cum autem se-

núeris, exténdes manus tuas, et álius te cinget, et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificáturus esset Deum.

Offertorium. Ps. 138. Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum.

Secreta. Munus pópuli tui, quæsumus Dómine, apostólice intercessiõne sanctifica : nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. (Per Dóminum.)

Communio. Joann. 21. Simon Joánnis diligis me plus his? Dómine, tu omnia nosti : tu scis, Dómine, quia amo te.

Postcommunio. Quos cælesti, Dómine, aliménto satiásti : apostólicis intercessiõibus ab omni adversitate custódi. (Per Dóminum.)

